

dos secus viam hoc videns non solum praeterisset¹, sed et ipse super dolorem vulnerum meorum addidisset, ad te piissimum Samaritanum confugere si licuisset! Sed sublata omni facultate rerum mearum cum hoc facere prohibitus essem, nihil melius existimavi, quam ut ad penitentie remedium me conferrem et interim secundum canonum institutionem in monasterio laterem, iniurias meas deo ac tibi requirendas dimitterem; quod et facturum speravi.

Sed quare, o mitissime omnium, tam neglexisti? Cur servum de manu cui commiseras non requisisti?² Visus enim es tamquam ex divina voce mihi dicere³: 'Egredere de terra tua et de cognatione tua et veni in locum quem monstravero tibi'. Credidit Abraham deo et ego tibi, et reputatum est illi ad iusticiam⁴, mihi quidem exigentibus culpis meis hactenus ad miseriam. An forte de casu meo scandalizaris?⁵ Respice, quaeso, homines clarissimos graviter corruisse, sed gloriose surrexisse. Princeps apostolorum post negationem, quod est maximum omnium peccatorum, non solum est erectus, sed ad pascendas oves dominicas⁶ pastor est electus. Rex ille familiaris deo, cui ipse testimonium perhibens ait: 'Inveni David filium Iesse virum secundum cor meum'⁷, ille cuius non sum dignus corrigiam calciamenti solvere⁸, adulterio fedatus, homicidio cruentatus, post penitentiam emendatus, amplius a deo amatus. Sic milites acceptis in bello vulneribus solent acrius dimicare, omnes post lapsum norunt cautius⁹ ambulare, post ruinam firmiter stare. Noli ergo, rex clementissime, noli in me scandalizari. Sed recipe quem elegisti, retine quem assumpsisti¹⁰. Ne contempnas modo rogantem, quem aliquando, si dicere audeo, rogasti recusantem. Iam enim a somno ignaviae non molliter excussus desiderabili gratie tue restitutus posthac, ut spero, in domino ad omne opus bonum vigilantior paratior studiosior sum futurus.

Ein Eintrag auf fol. 1^a am Oberrande der Hs. aus saec. XII — er ist beim Binden fast zur Hälfte abgeschnitten — besagt nun 'Liber iste sancte Marie sanctique Corbiniani Frisingensis', sie stammt also aus der Dombibliothek. Wahrscheinlich hat das Stück daher einen Bischof¹¹ zum Verfasser, wozu die Ausdrücke 'recipe quem

1) Luc. 10, 31. 2) Cf. Ezech. 3, 18. 3) Gen. 12, 1. 4) Gen. 15, 6. 5) Cf. Eccli. 9, 5. 6) Joh. 21, 15. 7) Act. ap. 13, 22. 8) Luc. 3, 16. 9) 'cautes' Hs. 10) Cf. Psal. 64, 5. 11) Denn dass der Schreiber ein Geistlicher war, lässt der Stil und die ungewöhnlich grosse Anzahl der biblischen Anführungen erkennen.